

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Franz Wolf Georg Schuckmann

Theses Miscellaneae

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73058433X>

Druck Freier  Zugang



Ruphil 1672
Franciscus Wolf
Gerry Schuckmann



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73058433X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73058433X/phys_0002)

DFG

I. N. J.
THESES
MISCELLANEAÆ,

Quas
DEO. T. O. M. adspirante,

Amplissimi Ordinis Philosophici

benivolo industu

PRÆSIDE

M. FRANCISCO WOLFIO,

Log. P. P.

publicæ eruditorum ventilationi

GEORGIUS Schuckmann!

Osnabrugens. Westphal.

Aut. & Resp.

In Auditorio Majori, d. 28. Septemb.

ab hora gva matut.

exponet.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Typogr. Anno 1672.

§. I.

Substantiam esse accidens, & accidens esse substantiam; & contra; substantiam non esse accidens, & accidens non esse substantiam: Porro; substantiam nec esse substantiam nec esse accidens, item; accidens nec esse accidens nec substantiam; tandemque; accidens & esse accidens & esse substantiam, & substantiam esse substantiam & esse accidens, asserimus.

§. II.

Communior est sententia, Ens de inferioribus suis essentialiter praedicari v. g. Homo, animal, est ens; Nos in praesenti dicimus, Ens quoq; de suis inferioribus posse praedicari accidentaliter; unde haec: Homo est ens, Homo est substantia, sunt simul & essentiales & accidentales praedicationes.

§. III.

Datur quædam quæ propriè loquendo nec est essentialis nec accidentalis praedicatio: & tamen omnis praedicatio est vel essentialis vel accidentalis.

§. IV.

Quicquid in arbore praedicamentali est summum genus, illud quoque in ea est infima seu specialissima species; & vi conversionis: Quædam infima species est summum genus.

§. V.

Summo genere, quod nos ens esse putamus, adhuc datur aliquid superius, Ergo summum genus non est summum.

§. VI.

§. VI.

Negamus, Omne quod est ad finem necessarium, haber causalitatem aliquam respectu finis. Unde frustra est, qui ita colligit: Hoc est necessarium ad illud, Ergo est causa illius.

§. VII.

Neq; etiam dici poterit, omnem productionem alicujus ex nihilo, esse creationem, unde non absolutè vera est illa recepta creationis definitio, qua creatio dicitur rei ex nihilo producio. Viderur enim definitionem esse definitio suo latiore, neque cum eo reciprocabilem.

§. VIII.

In intellectu esse habitus, communis passim circumferuntur opinio, v. g. illos habitus intellectuales, intelligentiam, sapientiam, scientiam &c. Nos in præsenti, utut non negemus certa quadam ratione in intellectu posse dari habitus, de facto tamen negamus, ullum hominem hodie quendam habitum, intellectualem habere.

§. IX.

Primò diversa non dantur, ut ut sint, qui putent, substantiam & accidens esse primo diversa.

§. X.

Causa in genere definiri solet, quod sit principium per se influens esse in aliud. Sed non placet.

§. XI.

Inter causas quoque referri causa materialis, sed unde materiam esse causam solide probari possit, non videmus. Nisi tot eruditorum autoritates obstant, negaremus materiam esse veram causam.

§. XII.

Recepta quoque est distinctio distinctionis in realem & rationis. Lubet exercitii gratia defendere, dari quandam distinctionem, quæ neque realis neque rationis sit.

§. XIII.

§. XIII.

Dici quoque solet, propositionem indefinitam in materia necessaria, et equipollere universalis in materia vero contingente et equipollere particulari, sed hoc posterius lubet in dubium vocare.

§. XIV.

Ex puris affirmativis in secundâ figurâ nihil sequi sc. formaliter consequentia, vult alterum principium illud regulativum secundæ figuræ. Nos dicimus, etiam in secunda figura ex puris affirmativis posse certo modo aliquid formaliter sequi.

§. XV.

Similiter ex puris particularibus certâ ratione etiam formaliter aliquid sequi posse arbitramur.

§. XVI.

Neque tamen per has theses duas contradici putamus effatis illis Logicorum, quæ dicunt, Ex puris particularibus nihil sequi, & ex puris affirmantibus in secunda figura nihil sequi. Imò hæc ipsa principia contra quosvis etiam defendimus non obstante, quod in secunda figura ex puris particularibus & affirmativis simul aliquid formaliter consequentia colligi posse statuamus.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73058433X/phys_0007](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73058433X/phys_0007)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73058433X/phys_0008](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73058433X/phys_0008)

DFG

§. VI.

Negamus, Omne quod est ad causalitatem aliquam respectu finis, colligit: Hoc est necessarium ad illud

§. VII.

Neq; etiam dici poterit, omnes ex nihilo, esse creationem, unde non apta creationis definitio, qua creatio dicitur. Videtur enim definitionem esse neque cum eo reciprocabilem.

§. VIII.

In intellectu esse habitus, comitur opinio, v. g. illos habitus intellectu plenariam, scientiam &c. Nos in præcerta quadam ratione in intellectu potamen negamus, ullum hominem habere intellectualem habere.

§. IX.

Primo diversa non dantur, ut utiam & accidens esse primo diversa.

§. X.

Causa in genere definiri solet, quia influens esse in aliud. Sed non placet.

§. XI.

Inter causas quoque referri de materiam esse causam solide probatur. Nisi tot eruditorum autoritates obstat, am esse veram causam.

§. XII.

Recepta quoque est distinctio rationis. Lubet exercitii gratia defendere rationem, quæ neque realis neque ration-

rium, habere
ra est, qui ita
sa illius.

nem alicujus
a est illarece-
nihile produ-
uo latiorem,

a circumfer-
igentiam, sa-
on negemus
itus, de facto
am habitum,

ent, substan-

pium per se,

ialis, sed un-

on videmus,

materi-

in realem &
ndam distin-

§. XIII.




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]